ſunque conjunctione: *c. 6. & c. p. de eo, qui cognov. conſanguin. uxor. ſuæ.* modò ſint conſumatæ: *can. 18. c. 17. q. 2.* non ſufficiunt ad veram affinitatem ſponſalia: *§. 9. I. de nupt.* *vid. tamen 8. de gradib. 4. ad L. Pomp. de parricid. 5. de teſtib.* Soluto matrimonio etiam affinitas ſolvitur. *§. 6. 7. I. de nupt.* Affinitatis de Jure Can. 3. ſunt genera, non autem gradus propriè dicti; *§. 7. I. de nupt.* ſunt tamen ad exemplum cognationis: *10. pr. de gradib.* Et eô gradu quis mihi eſt affinis, quo uxori meæ conſanguineus, licet ſit deinde 1. 2. 3. genere affinitatis junctus: nam novæ nuptiæ non mutant gradum, ſed genus attinentiæ.

SPONSALIA hîc ſunt mentio & promiſſio futurarum nuptiarum, *1. h. can. 3. c. 30. q. 5.* ſunt — D

C (I.) * de futuro, *c. 22. c. p. c. f. extr. h.* quæ verbis futuri temporis contrahuntur. Hodie nobis hæc verba: Ich wil dich nehmen / de præſenti ſunt. *Lutherus* von den Eheſachen. *Gerh. tom. 7. §. 130.* Sponſalia de futuro contrahuntur, quando non ſimplici & puro conſenſu, ſed in futurum eventum fiunt, *Cz. 2. q. 56 n. 22. Cypr. de ſponſal. c. 4. §. 8.* idq; propter expreſſam, vel propter tacitam conditionem, *c. 7. 8. extra de ſponſal. impub.* — †

c. * de præſenti, quæ verbis præſentis temporis contrahuntur, *c. p. extra h.* & hodiè, quæ puro & ſimplici conſenſu contracta *dd. DD.* Non ſunt verum matrimonium: nam deficit conſenſ⁹ matrimonialis, quo indiſſolubile illud vinculum conſtituatur. Et differunt hæc ſponſalia à nuptiis, cauſâ efficiente, forma, fine, ſubjecto, effectu, & contrariis. *Cz. 2. d. 143. 5.* Adeoque Sponſalia ſunt inſtar emptionis; nuptiæ autem inſtar traditionis, quibus Jus quaſi in re conſtituitur.

D (II.) * publica, quæ fiunt coram teſtibus & arbitris, accedente parentum conſenſu. — †

d. * clandeſtina, quæ * aut non fiunt coram teſti-

E bus: *c. 3. extra de clandeſt. deſponſ. Cz. 2. D. 32. 38.* hæc quidem non ſunt ipſo jure nulla, modò probari poſſint; *c. 2. extra de clandeſt. deſponſ. Heig. q. 22. Gerh. tom. 7. §. 145.* ſi tamen publicæ ſequantur, exſpirant. *Gerh. Tom. 7. §. 143.*

e. *junct. 145.* * aut fiunt ſine conſenſu parentum, hæc ipſô jure nulla ſunt: *vid. 5. C. h. arg. §. p. I. de nupt. Cz. 2. d. 40.* (ſententia declaratoria tamen requiritur. *Cz. 2. d. 40.*) licet intervenerit juramentum, *Num. XXX. 4. 5. can. inter cætera. c. 22. q. 4. Cz. 2. d. 50.* aut carnalis copula, aut benedictio Sacerdotalis: ſc. quoad Jus civile: *11. de ſtat. hom.* hodiè tamen propter hæc ſuſtinentur. *Cz. 2. d. 60. vid. tamen Hahn. h. in f.*

F (III.) * Pura fiunt conſenſu ſimplici & puro ſine tempore aut dilatione. — †

f. * Conditionalia, quibus in caſum futurum incertum matrimonium contrahitur: *39. de R. C. 10. de condit inſtit. 19. de novat.* (Impoſſibilis conditio hîc plerumque detrahitur, ut in ultimis voluntatibus: *c. f. de condit. appoſ. in deſponſ. Cz. 2. D. 23.* arbitrio judicis.) Honeſta adimplenda eſt, (*Cz. 2. d. 20.* e. g. ſi mille in dotem dederis: *c. 3. extra de condit. appoſit.* Exiſtente conditione ſtatim purifican-

http://digital.slub-dresden.de/ppn361815247/351